



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

23. Quomodo dæmon per duos profugos ludæos hortatur Leonem Isaurum  
Imp. vt imagines Christi, ac B. Mariæ vbique ex templis eliminat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*Iohannes Zonaras lib. 3. Annal. & post eum Petrus Canisius lib. 5. cap. 22. operis de B. virgine. De-  
mon per duos profugos Iudeos hortatur Leonem I-  
saurum Imper. vt imagines Christi ac B. Mariae  
vbique ex templis eliminaret.*

## CAP. XXIII.

**P**estilentior adhuc, longeq; versutior dæ-  
mon ille fuit, qui duos Iudeos ex Arabia  
profugos & impostores ad Leonem Isaurum  
Cæsarem salutandum extrulit, ac per hosce  
suos legatos, vt Cæsar Nazareni, eiusque geni-  
trinis *scilicet quæra*, id est imagines & effigies,  
de templis vbique tolleret ac deleteret, omninò  
persuasit. (*Vt Dæmonis proprium est homines à pia  
sacrarum imaginum reuocare.*) Tantum enim  
horum Iudeorum oratio, loquente nimirum  
per eos dæmone, valuit, vt ex eorum consilio  
vires, & veneratio sacrarum imaginum eun-  
dem Leonem hostē habuerit acerrimum, qui  
multis deinde annis vt fœdissimam, ita & cru-  
delissimam exercuit Theomachiam: quoniam  
sacras imagines omnes de templis sustulit,  
ac eorundem prohibuit venerationem, tabe-  
ntem dysenteriaq; consumptus, magna et-  
iam Reipublicæ perturbatione statim conse-  
quente. Nec minus tristes exitus habuere  
successores, qui Leonis huius impietatem  
æmulati sunt, Copronymus, Leo Quartus  
& Quintus, Michael Traulius, Theophilus



ac huius filij, quos in Mariæ sanctorum  
Imagines dirè grassantes, diuina pecculie  
tio, vt omnes miserandum interitum sortire  
tur.

*Petrus Canisius eodem lib. cap. 24. De Constantinopolitanis, qui à Saracenis obsessi, Deiparæ imaginem in publicam processionem adducunt, & virginis patrocinio liberantur.*

## CAP. XXIII.

**C**onstat Imperatores Byzantinos in certis  
endis, ornandis ac venerandis Mariæ  
plis, nullis pepercisse sumptibus, curamque  
ligentem adhibuisse. Vnde cum Byzantini  
am urbem à Saracenis aliquando grauitè  
sessam cernerent, & hostes magnopere  
darent, non sine ieiunio & oratione virginis  
matris patrocinio felicem belli successum  
exitum sibi ausi sunt polliceri. Itum igitur  
ad sacram ædem, quæ propè S. Sophiam  
bat: illine Deiparæ imago, quam Lucas  
xerat reuerenter accepta, & in publicam  
plicationem siue processionem adducta,  
& hebdomadatim per totam urbem ferretur  
tia religiosè admodum circumgestata  
demum optata de Saracenis hostibus  
ria, qui miserè perierunt, sicut Vincentius  
fert, lætè successit, haud dubiè Maria hisce  
ciuibus, totiq; vrbi patrocinatè. Simile  
plum refert Nicetas Choniates lib. 5. Ann.